

7490 Industriae.

T · SIBI
EIO · P · F · NIGRIN
V · F

Ricolvi et Rivautella Industr. 1745 p. 44. Inde Gazzera act. Taur. 34, 55.

7491 Gassino in casa Palazzi VERN. ANON.

C · PAPIRIVS · P · F
POL
CASSIA · L · L · FAVSTA
PAPIRIA · C · F · PRIM

Vernazza (inter Gazzeriana) qui vidit 16 Apr. 1818; Anonymus Gazzerae.
2 L · F Anon.

7492 Monte di Po infissa nella casa Bara Porta.

INIAE
INAE
GIDA

Gazzera ms.

XCIII Chieri.

Chieri qui erant tituli saec. XVI exeunte descriptos habemus diligentissime in fasciculo foll. 20 (hodie inserto bibliothecae regiae misc. hist. patr. vol. CXI sub n. 4) scripto secundum Carolum Promis (*Torino* praef. p. VI) manu Gabrielis VISCAE iureconsulti qui vixit regnante Emanuele Philiberto († 1580). — Deinde PINGONIUS (1577) Chieriensia quaedam subministrat. — Saec. XVII sequuntur Raphael PERERIUS, cuius extat 'oratio in laudem magni patris Augustini et civitatis Chierii habita a. 1609' edita Augustae Taurinorum a. 1610 (4. foll. 16); Anonymus quem cito sub nomine BISCARDIANORUM, cuius sunt 'antiquae inscriptiones quae nunc extant et quae a Serenissimo quondam Carolo Emanuele Sabaudiae duce [† 1630] de Cherio Taurinum translatae sunt' (adhibui archetypum servatum Taurinis in tabulario regio una cum Roberti Biscardi registro generali civitatis Chierii a. 1623; apographa extant et inter Ricolviana cod. bibl. reg. Taur. n. 293 et in inscriptionibus Subalpinis cod. bibl. eiusdem hist. patr. misc. 53 n. 13); schedae Donianae ad Cherium potissimum pertinentes (insunt praeterea Taurinensis n. 7062 ab hoc solo auctore servata et Vesulanensis n. 7466 et Fossanensis n. 7648) servatae

Romae olim in bibliotheca Barberiniana, hodie in Vaticana cod. 7113 f. 95 (antea f. 105; descriptae inde redeunt ibidem f. 2). Donianis praescripta sunt haec: 'Rev. Petrus ZUCCA Niciensis scribebat Chierii anno 1631 30 Iulii domi perill. DD. Baldassaris Robii'. Exemplorum autem a Zucca perscriptorum pars certe venit a Prospero Balbo, cuius fortasse autographum Zucca descripsit, nam iis, qui apud Balbum fuerunt, titulis praescribitur 'in aedibus nostris'. — Ludovici CIBRARIO *storie di Chieri* (Taurinis 1827. 8. 2 voll.) apparatus meum non auxerunt.

Ubi Chieri nunc est, ibi aetate Romana aut vicus fuit non infrequens aut, quod magis crediderim, oppidum. Quod apud Plinium 3, 5, 49 memoratur *Carreo* (sic reliqui libri, *correa* Leid.) quod *Potentia* dicitur composuerunt viri docti ad n. 7496 laudati cum eo quod in eo titulo lectum esse dicitur VI · VIR · ET · AVG · I · ARREI · F · INDVSTRIAE, neque specie veri caret ibi fuisse KARREI · E · INDVSTRIAE similiterve. Sed certum quod sit, non habemus. Minervalis qui videtur nominari n. 7497 fortasse ad Hastam pertinet. — Adiunxi Chierensibus titulos prolatos ex vicis Pilone et Trofarello.

7493 ritrovata or sono quattro anni sopra un sepolcro poco lontano dal Pino non lungo da Chieri nel riattare la strada, serbata ibi nella villa Lavy GAZZ.

for ~~vis~~nae di ANAE · VICTORAE
— T · SEXTIVS BASILISCVS · AVG · CLAVD
NOMINE · SVO · ET
SEXTIAE · T · L · IRENE · VXORIS · ET
5 T · SEXTI · FAVSTI · FILI · ET
SEXTIAE · MARCELLAE · FILIAE
SOLO · SVO · INTER · QVATTVOR · TERMINOS
V · S · L · L · M

Gazzera ms. (indè *Bullett. dell' Inst.* 1829 p. 205; ex eo Henzen 6054); Promis ms. et *Torino* p. 472 n. 238; Aemilianus Sarti ms. accepit a Iulio de S. Quintino 3 Iul. 1836.

1 II Gazz., II Prom.; quod restitui, sumpsit ex eiusdem tituli exemplo altero (n. 7494). — 4 T · L Prom., T · I Gazz.

7494 Chierii in regione Paraciani eruta.

FOK...H · DIA...
T...XTIVS · T · F...
NOMIN...
...TIAE · T · L...
.....

Cod. bibl. reg. Taur. n. 921 p. 618 (inde omnino cod. eiusdem bibl. n. 53; item Promis *Torino* p. 473 n. 239).

7495 litteris vetustis alte incisis. Chierii inv. per vilicum in agro Monfalcono, ubi fuit olim castrum; extat in divi Antonii plano ad murum aedium Vischarum VISCA. Chierii PINGON. PERER. Cherio ex domo iurisconsulti Gabr. Viscae transtulit Taurinum Carolus Emanuel dux CHERIENSIA APUD BISC. Taurinis in hortis palatii GUICH. Iam in museo.

L · COELIVS · Q · F
MILES · LEG · VIII
SIGNIFER · OB
VIRTVTES · PALARIS
5 TORQVIBVS
ARMILLIS · DON

Contuli. Visca sive qui alius scripsit saec. XVI cod. bibl. reg. Taur. misc. patr. 111; Pingonius ms. f. 130'; Pererius oratio in laudem Augustini et civ. Chierii (Aug. Taurin. 1610) f. D'; Chieriensia Biscardiana; Guichenon 1, 71 (inde Spon misc. p. 262; ex Sponio Donat. 288, 6); cod. Taur. H. IV. 24 f. 8'; Ariostus n. 49; Mur. 807, 2 a Caissotto; Rivautella et Ricolvi marm. Taur. 2, 46; Maffei M. V. 218, 1; Promis p. 389 n. 166.

4 qui emendavit adiecta littera H videtur orthographiam quae postea obtinuit restituere voluisse. — 6 ARMILLIS · DONATVS Visca, ARMILLIS · DONARIIS · EST · DECORATVS Ping., ARMILLIS · DONAT · EST · DECORATVS cod. H, ARMILLIS · EST · DECORATVS Guich., ARMILLIS · DONATVS · HIC · EST · DECORATVS Biscard.